Schurmanae Kalendis Sept. 1666.

Illustrissimae D.
Annae Mariae à Schurman
Constantinus Hugenius
S. P.

Tu quidem Sabinum agitas, mea Virgo, et quasi poetico
dictum fallis: At Ego ~~vix~~ Sirado sum,
non sectura cutem nisi docti plena cruoris.
cui praestando obligatam te teneo ijs vinculis, quibus
ligari homines aegri, ut funibus taurorum
cornua. Neque vero scabritie membranarum, quam
protexis, ullo pacto liberabit. quin ego, si quod
tale incommodum offenderis, eo ardentius videre
aveo, ut materiam superaverit opus, et si quid
natura vitium fecit, quam id arte et studio sedulo correxeris.
Proinde, cum, ut vides, ipse profitear
abunde satisfieri mihi posse ea qualicunque
Tabella, cuius exarandae molestiam semel
subiisti mea causa, nihil habeo
quo te subducas. ne illud quidem Elisabeth
manum Tetrastichon, lepidum licet et ingeniosum,
quod pluris apud me est, ut a solers
manu profectum, quam vel ab industria vel eruditione
autoris. Vale, stupenda, et fidem solve. Hagae
ipsis Kalend. Sept. CIƆIƆCLXVI. quibus te ab itinere
reducem Easco in ...